193

1510. d. 8 Septembr.

Sigism: I. Rex Poloniæ Fabiano Eppo Varmiens.

Rme &c. Audientes Mgcum Ambrosium Pampowski Palatinum Siradiens. et Capneum Margenburgs. periculose ægrotare, mittimus hunc Gnosum Bernardum Golawinski ad Castrum Margenburgs. ut statum ejus revideat, et sub Ejus ægritudine ita servetur, aci sanus salvusque esset, et insuper commisimus ei: ut id omne agat, de quo illum Ptas Vra edocuerit, mandavimus enim ei, ut prius ad Pttem Vram descenderet. Itaque informet, ac edoceat eum in his, quæ necessaria sunt, ut illuc perveniens sciat, et possit omnia in bona provisione et custodia constituere.
Legatus aplicus nullatenùs subire vult laborem in Prussiam eundi, hic enim informari vult, et promittit se semper fore rerum Nrarum Patronum favorabilem. His ergo diebus eum hic absolvemus. Valeat Ptas Vra. Datum Cracoviæ Die natalis Sæ Mariæ, 1510.